HIERONYMUS
Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh. Seite 114r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Non illius ista misericordia.
Non xpi misericordia. sed sui
misericordia est. Omne ergo
quod facimus xpi causa faciamus.
faciamus in scō. siue manduca
mus. siue uiuimus. omnia in no
mine xpi faciamus. scripturas
legimus psalmos ediscimus. eu
angelia tenemus. prophetas
ediscimus. Non debemus hoc ita
facere. ut gloriemur apud fra
tres. sed ut xpō placeamus.
ut sermo ipsius in ore nrō re
sonet. solent et uiri. solent et mo
nachi. solent et mulierculae.
hoc inter se habere certamen.
ut plus ediscant scripturas.
et in eo se plus esse meliores. si plus
edidicerint. ille plus edidicit.
qui plus facit. cetera quod tu
ediscis. ego facio magis meaope
ra scripturas tenent. quam tuus
sermo qui uane resonat. In noc
tib; extollite manus uestras
in scā. leuate manus crucis. le
uate uexillum in noctibus. le
uate manus uestras in scā.
et cum leuaueritis. in scā et fece
ritis que scā sunt. quasi medica
mentum bonorū operum. uroꝝ
xpr sit. et dicite et benedicite
dnm. unde et apostolus dicit.
In omni loco leuantes manus.
in maculatas. et benedicite dnō
quodcumq; facitis refert ad dnm.
manus leuetur os xpm resonet.
In noctibus. leuate manus uras.
Da pauperi elymosinam. et bene
dicite dnō. gratias age dnō. quia
tibi dederit. Unde dares fratri.
magis tu agito gratias xpō. quan
do dederis quam fr. quia te acci
pit tibi. agit gratias. grandem
nobis beneficium praestant pau
peres peccata nrā. quae iam ali
ter lauare non possumus elymo
sina extinguit. quid est scriptum.
sicut aqua extinguit ignem. sic
elymosina extinguit peccatum.
hoc praestat elymosina. quod
et baptisma. quomodo baptis
ma peccata dimittit. ita et elym
osina nobis peccata dimittit
sicut aqua extinguit ignem.
sic et elymosina extinguit peccatū.
Peccatis enim gehennae ignes prae
parati sunt. hos autem ex tin
guit elymosina;
Benedicat tedns exsion qui fecit
caelum et terram;
Tu benedices dnm. et tedns bene
dicit. exsion de specula. de ecclesia
de uersis dogmatib;. de fidebia.
Benedicat tedns exsion. isto suer
siculos sps scs loquitur. siue
certa profecta in spū loquitur.

114